



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis  
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis  
Aquinatis**

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no.Maij.**

De spiritus sancto. Sermo. lxxv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

## In festo pentecostes.

bñdixit eis. Pie quidē cōtemplari possus  
mus q̄ dñi dixisset: O mater mea bene-  
dicta. O genitrix suavissima. O dilecti  
mei discipuli. Ecce cōpleta sunt oīa. Te-  
pus est vt reuertar ad eū qui me misit.  
Igitur suscipite benedictionē meam: q̄  
oēs cadētes in terrā adorauerūt eum: et  
benedictione accepta genua tenebāt in  
terra defixa: aspiciēbāt faciē in quā an-  
geli desiderāt p̄spicere. Et iesus ad om̄-  
nem respiciēs forte in gemēdo benedicta  
sis mater mea: benedicti vos discipuli  
mei: eleuatis manib⁹ paulatim ferebat  
in celū. O noua p̄digia. O miracula in-  
audita. Ille qui de virgine natus mor-  
tē tulit abiectissime crucis nō solū sur-  
rexit a mortuis ⁊ suā resurrectionem si-  
gnis euidentissimis cōprobauit: sed post  
hec oīa palā ⁊ hora nona vt credis visi-  
biliter a mōte oliueti ad celos progredi-  
tur. Currite gētes vniq̄ ⁊ adorare illū  
qui est rex regum ⁊ dñs dominantium.  
Postq̄ hō videri amplius non potuit:  
regressi sunt apostoli et ceteri in hieru-  
salem ⁊ laudātes et benedicētes deum in  
gaudio ⁊ leticia. Amen.

¶ De spiritu sancto q̄ missus est aposto-  
lis in signo visibili ignearū linguarū.  
Sermo. lxxv.



### Spiritus sanctus

quē mittet pater in no-  
mine meo: ille vos doce-  
bit oīa. Verba sunt re-  
dēptoris nostri origina-  
liter Job. xiiij. ⁊ in euāgelio p̄sentis so-  
lennitatis. Amplissimū donū hodierna  
die collatū fuit humano generi: cū sp̄i-  
tus sanctus visibiliter missus est in apo-  
stolos fundatores militaris ecclie. Per  
illos enī an xp̄m credidit mundus. Per  
ip̄os deleta fuit penit⁹ et extincta per-  
nicies idolatrie: que oēs quasi populos  
involuebat. Per ip̄os deniq̄ via regni  
celoy mortalibus facta fuit nota. Tan-  
ta quippe virtute ex alto p̄diti spiritu  
sancto cooperante fuere: vt sicut Psal-  
mista refert ps. xvij. In omnē terrā exi-

it sonus eoy (cū fructu ⁊ vtilitate om-  
nium gentiū: atq̄) in fines orbis terre  
verba eorum. Præterea vt tāti miraculi  
memores esse possimus: in presenti ser-  
mone de spiritu sancto in ap̄ los missio eris-  
mus verba facturū: de quo tria proposi-  
mus mysteria cōtemplanda.

Primū dī cognitionis.

Secundū missionis.

Tertiū operationis.

¶ Quod vi nature sp̄s sanctus non est  
gnoscibilis sed enī p̄ reuelationē: et quo-  
liter sp̄s sanctus est de⁹ p̄cedēs a patre et  
filio ip̄s coequalis. Capm. i.



¶ Primū mysteriū cōtemplandū  
de spiritu sancto dī cognitio-  
nis. In quo notandē sunt  
tres theologoy veritates.

¶ Prima q̄ null⁹ viator p̄-  
cognoscere p̄pria vi nature certā per-  
sonay in diuinis quā dicimus sp̄s sanctum  
sanctū. Enī Hilarius in lib. de trinitate  
ait: Nō p̄tet homo sua intelligentia sac-  
ramentū generationis ⁊ p̄cessionis se-  
p̄ posse consequi. Et Dionys. in lib. de diui-  
nis noībus. Nō est audendū dicere ali-  
quid nec cogitare de super substantiali  
occulta a diuinitate: præterea que diui-  
nitus nobis ex sacris eloquijs sunt ex-  
pressa. Et de hoc Paulus. s. ad Cor. ii.  
dixit: Loquimur dei sapiētis quā nemo  
principū hui⁹ seculi nouit: s; p̄bop̄ fm  
glo. ¶ Secūda veritas q̄ nobis reuelatus  
est in diuinis esse tertīā personā p̄cedē-  
tem per modum amoris que dī sp̄s sanctus.  
Nā in veteri ac in nouo testamēto  
fit mētio de sp̄u dei. Enī Gen. i. dī: Spi-  
ritus dñi ferebatur super aquas. Et. vi.  
Nō permanebit sp̄s meus in hoīe. Et.  
xli. Num inuenire poterimus talē virū  
qui sp̄u dei plenus sit. Et Iudicum. iii.  
Fuit in eo sp̄s dñi et iudicauit israel.  
Et. xj. c. Factus est super Iepthe sp̄s  
dñi. Et. j. Regū. x. Influit super Saulē  
sp̄s dñi: ⁊ p̄phetauit. Et ps. lxxij. Ver-  
bo dñi celi firmati sunt: et sp̄u oris eius  
oīs virtus eoy. Et ps. l. Spiritū sanctū  
tuū ne auferay a me. Et ps. cij. Emitte



Spiritu tuū ⁊ creabūtur. ⁊. ps. cxiij. Spi-  
 ritus tuus bonus deducet me in terras  
 rectas. Et Sap. i. Spūs dñi repleuit or-  
 bem terrarū. ⁊. xij. O p̄ bonus ⁊ suavis  
 est dñe spūs tuus in nobis. Et Esa. xj.  
 Requiescet sup eū spūs dñi. Et. xliij. De  
 di spiritū meū super eū. Et. xlvij. Dñs  
 deus misit me ⁊ spūs eius. Et. lxj. Spi-  
 ritus dñi sup me. Et. Job. ij. Effundā  
 spiritū meū: ⁊ dabo p̄digia in celo ⁊ in  
 terra. Eodē. c. Effundā spiritū meū sup  
 oēm carnē ⁊ p̄phētabūt filij v̄ri et filie  
 v̄re. ⁊. Mat. i. Inuēta est i v̄tero habēs  
 de spiritu sancto. et. ij. c. Baptizabit vos  
 in spiritu sancto. ⁊. xij. c. Qui dixerit ver-  
 bum cōtra spiritū sanctū: nō remittetur  
 ei. Et. vlti. c. Euntes docete oēs gentes  
 baptizantes eos in nomie patris ⁊ filij ⁊  
 spūs sancti. Et. Luc. i. Spiritu sancto res-  
 plebitur adhuc ex v̄tero matris sue. Eodē.  
 c. Spūs sanctus superueniet in te.  
 Eodē. c. Repleta est spiritu sancto eliza-  
 beth. Et. ij. Spūs sanctus erat in eo. Et  
 ij. c. Descēdit spūs sanctus corporali spe-  
 cie sicut colūba in ipsum. Et. Johan. xx.  
 Accipite spiritū sanctum. Et. Act. i. Acci-  
 pietis virtutē supuenietis spūs sancti in  
 vos. Et. ij. c. Repleti sunt oēs spiritu san-  
 cto. Et. x. c. In nationes grā spūs sancti  
 effusa est. Et. vj. c. Elegerūt stephanum  
 plenū fide ⁊ spūs sancto. Et. viij. c. Im-  
 pobāt manus sup illos et accipiebāt spi-  
 ritū sanctū. Et. ad Rom. v. Charitas dei  
 diffusa est in cordib⁹ nostris per spiritū  
 sanctū. Et. ij. Pet. i. Spūs sancto inspira-  
 ti locuti sunt sancti dei hoies. Et. Johā.  
 i. sue canonice. v. c. Tres sunt q̄ testimo-  
 nium dāt in celo pater verbū ⁊ spiritus  
 sanctus. **¶ Tertia vitas q̄ spūs accipit**  
**multipliciter.** Primo pro substātia aie.  
 Unde. Act. vij. Dñe iesu accipe spiritum  
 meū. Et. Luce. xxiij. In manus tuas pas-  
 ter cōmendo spiritū meū. Secūdo accipit  
 p̄ vento vt. Job. ij. Spūs vbi vult spi-  
 rat. Tertio pro aere vt in ps. cxvij. Os  
 meū aperui ⁊ attraxi spiritū. Quarto p̄  
 angelo vt in ps. cxiij. Qui facis angelos  
 tuos spūs. Quinto p̄ deo Job. iij. Spi-  
 ritus est deus. Secro p̄ tertia persona  
 in trinitate. ¶ Sed aduertendū s̄m Bo-  
 na. in. s. dist. xj. ar. ij. q. ij. q̄ spiritus in  
 substātia spūali dī dupliciter. i. a spūali  
 tate cōtra corpulentā. Et sic substātia  
 rationalis vel intellectualis aut ei⁹ pos-  
 tētia interior dī spiritus. Vel a spiratio-  
 ne: ⁊ sic amor vel affectus dī spūs. Pus-  
 mo modo cōuenit toti trinitati: ⁊ sic est  
 nomē absolutū. Secūdo modo cōuenit  
 illi persone que procedit vt amor. Spi-  
 rari em̄ in spiritualibus est solius amo-  
 ris. Et qm̄ amor pōt spirari recte ⁊ ordi-  
 nate ⁊ sic est purus: vel indirecte et im-  
 mūde ⁊ sic est libidinofus. Itē illa pers-  
 ona que est amor nō em̄ dicitur spirit⁹:  
 sed spūs sanctus. Nō sic filius dicit san-  
 ctus: q̄ generatio est motus naturalis  
 circa quē nō attēditur sanctitas vel pu-  
 ritas sicut attēditur circa amotē volun-  
 tatis. Albertus autē in cōpendio theolo-  
 gie dicit q̄ spūs sanctus multa habet no-  
 mina. Dicitur em̄ spūs a spirādo actiue:  
 eo q̄ spiret vbi vult. Et sic conuenit tri-  
 bus personis sed spūs sancto per appro-  
 priationē. Alio modo dī spūs a spirādo  
 passiue: eo q̄ spiratur: ⁊ hoc modo pro-  
 priū est spūs sancto q̄ pcedit per modū  
 spirationis. Nō solum autē dī spiritus:  
 sed additur sanctus: q̄ sanctus idē est  
 qd̄ mūdus vel firm⁹ vel sine terra. Que  
 cōueniūt nō soli ei quoad se: sed in com-  
 paratione quoad nos. Nā per gratiam  
 spiritus sancti a pctis mūdāmur: in bo-  
 nis firmāmur: a terrenis separamur.  
 In sup spūs sanctus vocat̄ nexus: vnitas: ⁊  
 amplexus: ⁊ hoc put cōparatur ad pas-  
 trē ⁊ filiū. Item dicitur donū dei altissi-  
 mi: q̄ omne donū ab ipso fluit. Dicitur  
 fons viuus: q̄ sitiētibus gratiā largit̄.  
 Dicitur ignis quia affectus accēdit. Dicitur  
 charitas nō solū q̄ est amor patris  
 et filij: sed q̄ nos omātes facit. Dicitur  
 spiritalis vnctio: q̄ oēs tribulationes  
 mūdanas suauēs facit et iocundas: s̄m  
 illud. In labore requies in estu temper-  
 rics. Dicitur dextre dei digitus: quia  
 sicut omnes corporales res digito des-  
 ff. iij



## In festo pentecostes.

monstrant: ita p spm sanctū ostendunt  
res spūales oculo spūali. Dñ paraclet  
qz consolationes celestes mētibz instil  
lat. Dicitur magistroz optimz: qz intel  
lectū ad cognitionē dei r sup̄sus illu  
minat. Est itaqz spūsanctus vt colligi  
tur ex dictis Augustini in lib. de trini.  
Deus tertia persona in trinitate pdu  
cta a patre r filio p modū voluntatis.  
Dez nāqz est summe simplex: vt ptz. xij.  
metaphysiceybi pbs dicit: qz deus est  
actus purissimz absqz aliqua cōpositio  
ne: ergo oē qd est in deo est dez. Et p cō  
sequēs sciētia: sapiētia: intellectus: co  
gnitio: volūtas: r amor dei est dez. Cō  
stat autē qz spūsanctus est amor patris  
ad filiū. Deus em̄ pater p̄ intellectū suū  
cognoscit essentiā suā esse infinite boni  
tatis: ergo eq̄ amat amore infinite. Si  
cut ergo qz seipm̄ cognoscit cognitio est  
filius: ita amor quo seipm̄ amat est spū  
ritus sanctus. ¶ Sed p̄ pdicta tres inue  
niunt hereticoz opiniones damnate.  
Prima fuit opinio Arrii qz vt dicit san  
ctus Tho. in. iij. summe p̄ gentiles. c.  
xvj. docuit filiū r spūsanctū esse creatu  
ras: filiū tñ maiorem spūscō r filiū mi  
nore patre. Quē errore quātū ad spū  
ritūscōm secut⁹ est Macedoni⁹: qz de p̄re  
r filio recte sensit: qz vni⁹ et eiusdē sub  
stātie sint. Sed hoc de spiritūscō cre  
dere noluit: creaturā esse prestans. An  
quidā Macedonianos semi arrianos  
vocant: eo qz cū arrianis in parte con  
ueniūt r in parte differunt ab eisdem.  
Quos tñ oēs puincim⁹ testimonio scri  
pturarū sanctarū: ex qb⁹ verissime colli  
gimus qz spūscōs est dez. Nā nulli tē  
plū p̄struit r consecrat nisi deo. An in  
ps. x. d̄: Dñs in templo scō suo. Sed  
tēplū deputat spiritūscō. Dicit enim  
apls. j. ad Cor. vj. c. An nescit⁹ qm̄ mē  
bra vestra templū sunt spūsancti: ergo  
spiritūsanctus est deus. In sup̄ cōpre  
hendere omnia pfunda dei nō est ali  
cuius creature: sed spiritūsanctus cō  
prehendit oīa pfunda dei: igit non est  
creatura. d̄ em̄. j. ad Cor. ij. c. Que dei

sunt nemo cognouit nisi spūs dei. Itē  
deus locutus est p p̄bas. An Num.  
xij. c. scribit: Si q̄s fuerit inter vos p̄  
pheta dñi in visione apparebo ei: vel p  
somnia loquar ad illū. Sz spūsanctus  
locut⁹ est p p̄bas: ergo est dez. Nam  
actuū. j. scribit: Opz ipleri scripturam  
quā pdixit spūscōs p os dauid. Et. ij.  
Petri. j. c. Spūsancto inspirati locuti  
sunt sancti dei hoies. Itē interi⁹ docet  
re propriū opus dei est. An in ps. xij.  
Qui docet hoiem scientiā. Sz hoc est  
op⁹ spūscōi: ergo est dez. Nā Job. iij.  
c. d̄: Paraclet⁹ autē spūscōs quē mite  
ter pater in noie meo: ille vos docebit  
oīa. Adhuc. Quoz est eadē opatio opz  
eadē esse naturā. Est autē eadē opatio  
tio filij et spūsancti: nā rps loquitur in  
sanctis. Itē Paulus. ij. ad Cor. xij. c. d̄:  
cebat: An experimentū queritis e⁹ qui  
in me loquit rps: Spūscōs etiā loqui  
tur iuxta illud Mat. b. x. c. Nō em̄ vos  
estis qz loq̄mini: sed spūs patris vestri qz  
loquit in vobis. Ergo eadē est natura  
filij r spūsancti: r per cōsequēs patris.  
Amplius esse vbiqz est p̄puz dei: qui  
dicit: Dicit. xij. c. Celū r terrā ego im  
pleo: hoc spūsancto conuenit. Em̄ illud  
Sap. j. c. Spūs dñi repleuit orbē terra  
rū: ergo est deus. Preterea Act. v. c. Pe  
trus dixit: Anania cur tentauit saba  
nas cor tuū mētiri te spūscō: et postea  
subdit: Nō es mētirus hoibus sed deo:  
ergo spūsanctus est deus. Paulus etiā  
j. Cor. c. xij. ita scribit: Nemo pōt dicere  
dñs iesus nisi in spiritūsancto. Diuisio  
nes ho gratiarū sunt: idē autē spūs: r di  
uisiones ministratiōnū sunt: idē autē  
dñs: r diuisiones operatiōnū sunt: idē  
ho deus qz operat⁹ oīa in oib⁹. Anicutqz  
autē datur manifestatio spūs ad vtili  
tatē. Alij quidē per spiritū datur sermo  
sapiētie. Alij autē sermo sciētie Em̄ eūdes  
spiritū. Alij fides in eodē spiritu. Alij  
gratia sanitatū in vno spū. Alij operati  
o virtutum. Alij p̄phetia. Alij discretio  
spirituū. Alij genera linguarū. Alij in  
terpretatio sermonū. Dec autē oīa ope



ratur vnus atq; idem spūs diuidēs fin-  
gulis put vult. In quib; xbis manife-  
ste exprimit spiritūsanctum esse deum.  
¶ S. dā opinio dānata de spūscō q; nō  
pcedit a filio: sed a solo p̄re: q; fm Zho.  
j. p̄te. q. xxxvj. ar. ij. inuēta fuit a Nesto-  
rianis: vt p̄s in quodā simbolo dānato  
ab Ephesina synodo. Propterea in sym-  
bolo patrū dicit: Et in spiritūsanctum  
dñm et viuificantē: q; ex patre filioq; p̄-  
cedit. Athanasius etiā hoc retulit cū di-  
xit: Spūscū a patre et filio: nō factus:  
nec creatus: nec genitus: sed p̄cedens.  
¶ Idipsum p̄stetur Lirillus in epla sua  
quā sinodus calcedonēsis recepit. Idez  
faretur didimus in libro de spūsancto.  
Aug. etiā sic asserit sup Jobānē. et in li-  
bris de trini. ¶ Sed greci cōtra h̄ instāt.  
¶ P̄mo q; sp̄s de spūsancto loquēs eū a  
patre p̄cedere dicit: nulla mentione fa-  
cta de filio. An̄ Job. xv. ait: Cū venerit  
paracletus quē ego mittam vobis a pa-  
tre spiritus veritatis qui a patre proces-  
dit. S. dō q; Jobānes Dama. dicit. Spi-  
ritūsanctū ex patre dicimus: et spiritū  
patris noiamus. Ex filio autē spiritū nō  
dicimus: spiritū nō filij noiamus. Ter-  
tio spūsanctus perfecte p̄cedit a patre:  
ergo superfluum est q; procedit a filio.  
¶ Sed ad p̄mū r̄ndet sc̄us Zho. j. p̄te  
q. xxxvj. ar. ij. et in. iij. summe cōtra geriz-  
les. c. rrv. q; p̄pter vnitates essentie qd  
in scripturis de vna plona dicit de alia  
op̄s intelligi: nisi repugnet p̄prietati p̄-  
sonali ipsius: etiā si dictio exclusiua ad-  
deret. Et em̄ dicat Adat. xj. c. Nemo no-  
uit filiū nisi p̄r: nō tñ a cognitione filij:  
vel ipse filius vel spūscū excluditur.  
An̄ etiā si dicere i euāgelio: q; spūsan-  
ctus nō p̄cedit nisi a p̄re: non p̄ hoc re-  
moueret qn̄ p̄cederet a filio: cū hoc p̄-  
p̄ietati filij nō repugnet. Nec est mirū  
si dñs spūscū a p̄re p̄cedere dixit de se  
m̄tione nō facta: q; oīa ad p̄rem refer-  
re solet a quo h̄y q̄qd habet. Sicut cuz  
dicit Job. vij. Mea doctrina nō est mea  
sed ex q; misit me p̄ris. Et multa h̄mōi  
in verbis dñi inueniunt ad cōmendan-

dā in patre autoritatē principij. Nec tñ  
in verbis allegatis oīno obticuit esse se  
spūscū principij. Cū dixit eū sp̄m veri-  
tatis: et se prius dixerat veritatē. ¶ Pre-  
terea spūscū a filio mittit: fm illud  
Job. xv. Cū autē venerit paracletus quē  
ego mittā vobis: sed mittēs autoritatē  
h̄y aliquā immittus. Op̄z ergo dicere q;  
filij habeat aliquā autoritatē respectu  
spūscū: nō autē dñi vel maioritatis: sed  
fm solū originē. ¶ Si q̄s autē ob̄ceret  
q; filius mittit a spūscō: q; d̄i Lu. iij.  
q; dñs dixit in se impletū illud Esa. lxi.  
Spūs dñi sup me p̄pter qd; vniū me:  
euangelizare pauperibus misit me. Re-  
spōdere possumus q; filius a spūsancto  
mittit fm naturā assumptā. Spūs autē  
sc̄us nō assumpsit naturā creatā: vt fm  
eam possit dici missus a filio: vel filius  
habere autoritatē respectu ipsius. Re-  
linquit ergo q; respectu plone eterne fi-  
lius p̄ spūsanctū autoritatem habeat.  
Ad sc̄m̄ obiectus de Damasceno dicit  
sc̄us Zho. q; in hoc non est audiēdus:  
quīs a quibusdā dicat: q; sicut nō cōsis-  
tet spiritūsanctū esse a filio: ita etiā nō  
negat ex vi verborū illoz. ¶ Ad tertium  
de p̄ductione perfecta patris dicit fan-  
ctus Zho. q; per h̄c q; spiritūsanctus  
perfecte procedit a patre nō solū nō est  
superfluum dicere q; procedat a filio: sed  
oīno necessariū est: q; vna est virtus pa-  
tris et filij. Et quicquid est a p̄re necesse  
est esse a filio: nisi p̄prietati filiationis  
repugnet. nō em̄ filius est a seipso: s; sit  
a p̄re. H̄ḡit p̄r et filius sunt vnū principij  
spūscū p̄pter vnitatē diuine virtutis:  
et vna p̄ductione p̄ducūt sp̄m sc̄m̄: s; s;  
cut etiā tres plone sunt vnū principij  
creature: et vna actiōe creaturā p̄ducūt.  
¶ Tertia opinio de spūscō dānata fuit  
aliquoz q; dixerūt q; spūsanctus nō sit  
equalis p̄ri aut filio. Arguebant h̄o sic.  
Dare se torū sine sui diminutiōe ē sum-  
me potētie: hoc autē p̄r: hoc p̄r filij  
us: nō autē spūscū: nō em̄ p̄r genera-  
re filiū sicut p̄r: nec p̄r spirare spūsan-  
ctū sicut p̄r et filij: ergo nō est illis cōlis



## In festo pentecostes.

Ad hoc rñdet Alex. in. s. volumine sum  
me. q. xlyij. mē. ij. q. sicut est eadē potē  
tia filij qua potuit gñari q̄ est in patre  
qua potuit gñare: sic eadē est potentia  
spūs sancti qua pōt dari. s. spirari q̄ pa  
tris et filij qua possunt dare. i. spirare.  
Uñ Aug. li. 3. maximū inq̄r: Absit vt iō  
sit potētiō: p̄ filio: q̄ creatorē genuit  
pater: filij nō genuit creatorē. Neq̄  
em̄ nō potuit s̄ non oportuit. i. non ex  
impotētia fecit: s̄ q̄ sibi nō zueniebat.  
Sily pōt dici in pposito. Si dō q̄raf  
vtrū artata siue ligata sit potētia pdu  
cēdi in psona spūs sancti ppter hoc q̄ nō  
pōt exire in actū pducēdi psonā sic po  
test in p̄re et filio. Dicēdū q̄ nō: imo ex  
summa p̄fectione ipsius potētie est: q̄  
non pōt exire in actū huiusmodi: quia  
nō cōgrueret. Uñ Anselm⁹ in monolo  
gion ait: Qui pōt q̄ sibi nō pdest et nō  
debet: tāto magis aduersitas et pueris  
tas possunt in illum. Sct⁹ dō Tho. s.  
parte. q. xliij. ar. vj. ad. ij. dicit: q̄ sicut  
eadē essentia q̄ in p̄re est paternitas: in  
filio est filiatio: ita eadem est potētia q̄  
p̄r generat et qua filij generat. Uñ vez  
est q̄ q̄qd pōt pater pōt filij. Non tñ  
sequit q̄ possit generare: nā generatio  
significat relationē in dñis: h̄z ḡ eadē  
potētiā quā p̄r: s̄ cū alia relatiōe: q̄ p̄r  
habet eā vt dās: et hoc significat cū d̄r  
p̄r pōt generare: filij aut̄ habet eā vt ac  
cipiēs: et hoc significat cū d̄r: potest ge  
nerari. Idē dicēdū est de spūs sancto re  
spectu patris et filij.

Quid sit missio in diuinis et qualiter  
spiritus sanctus mittitur inuisibiliter et  
visibiliter: et de p̄gruitate t̄pis q̄ spūs da  
tus fuit aplis in signo visibili. Cap. ij.

Secundum mysterium contē  
plādum de spiritus sancto di  
citur missionis. In quo tres  
considerationes faciemus.

Prima d̄r quidditatis.

Secda temporalitatis.

Tertia qualitatatis.

Prima consideratio d̄r quidditatis:  
vbi quid sit missio in diuinis est aperie

dum. Ad q̄d ita ait Rich. in. s. dist. xv.  
ar. s. q. s. Missio est persone emanans  
vel emanatiōis p̄sone p̄ aliquid sibi op  
propriatū actu v̄l habitu manifestatiōe  
Nā missio respectu missi: duo h̄z exiō  
intellectu emanatiōē et manifestatiōē  
nē per effectū. Uñ Aug. in. lib. de tri.  
inq̄r: Mitti est cognosci eē ab alio. Et  
q̄ pater a nullo est: iō nō q̄ d̄r missus.  
Sed vt ista clarius habeantur tria in  
hac parte dubia sunt aperienda.

Primum vtrum sit ponere missionē  
in diuinis.

Secundum vtrū missio sit quid crea  
tum vel increatum.

Tertium vtrū missio dicatur de deo  
ab eterno vel ex tēpore vel vtroz mō.  
Ad primū dubiū respondet scriptura  
sancta. Dicit em̄ ad Gal. iij. Missit deus  
filij suū. Et ibidē. Missit deus spiritus  
filij sui in corda vestra. et Johā. iij. Non  
em̄ missit deus filij suū in mundū vt iū  
dicit mundū. Et. vj. c. Missit me vniuersus  
pater. Et. viij. c. Qui missit me verax est.  
Et Job. xv. c. Cum venerit paraclētus  
quē ego mittā vobis. Et quib⁹ et similibus  
pater q̄ filius missus est etiam et  
spiritus sanctus. Cōtra hoc tñ quidā  
objiciūt. Primo q̄ qui mittitur ab alio  
quo discedit ab eo et ad aliquid locū de  
nouo vadit: sed in diuinis non pōt esse  
loci mutatio: cuz deus sit vbicq̄: ergo in  
diuinis nō pōt esse missio. Secūdo om̄  
ne q̄ mittit separatur a mittēte: sed in  
diuinis nō est ponere separationē vni  
personē ab alio: ergo nec missionē. Ter  
tio nihil pertinet ad inferioritatem et su  
perioritatem d̄r: de vna persona respectu  
alterius. Unde dicit Damascenus: q̄ si  
lius s̄m q̄ deus d̄r: obediens vel inobedi  
ens patri: subiectoq̄ em̄ est hoc. Cū ergo  
ille q̄ mittitur inquātū hui⁹ sit infe  
rior q̄ ille q̄ mittit et ille q̄ mittit sit su  
perior: nō dicatur h̄mōi noīa mittere et  
mitti de vna persona respectu alterius.  
Ad soluēda h̄mōi obiecta notādū est  
s̄m Boss. in. s. dist. xv. q. s. q̄ missio in h̄mōi  
inferioribus h̄z respectū ad tria: scilicet ad



p̄ncipiū: ad terminū: et ad missum. Ad p̄ncipiū siue ad mittentē missio h̄y sub triplici habitudine cōparari. videlz vt ad dantē esse: et sic mittitur radius a sole. Et ad dantē virtutē: et sic mittitur iaculū a p̄ctore. Et vt ad dantē iurisdictionē: et sic mittit nunciū a p̄ceptore. S̄c̄dm omnē hanc cōparationē est missio in diuinis: q̄ sp̄s sanctus mittitur a patre et filio tanq̄ habēs esse et virtutē et autoritatē in operādo ab eis. Et ideo missio s̄m h̄ic respectū cōpletissime est in diuinis. S̄c̄l̄ ad terminū sub triplici habitudine cōparatur. Admittitur enim aliquid alicubi vbi videlz quietatur vt lapis mittit deorsum. Admittit etiā aliquid alicubi vt a quo habeat: sicut aliquid mittit alicui domū. Admittitur insuper ad aliqd q̄ operetur: et sic mittitur filius vel sp̄s sanctus vt alicubi inhabitādū et vt alicubi ad possidēdū vt donū ad aliquē sc̄y ad effectū cōferendū. Et ideo missio p̄ cōparationē ad terminum reperitur cōpletissime in diuinis multo magis q̄ in creaturis. Si autē loquamur de missione in cōparatione ad missum. Sic in his inferioribus ponit triplicem cōditionē imperfectionis. sc̄l̄ separatiōem: subiectionem: et mutationem: que quidē non sunt in diuinis. Est t̄n aliqd perfectionis ibi istis correspondēs. Et rō huius p̄ sic. In istis inferioribus separat missus a mittēte: nā cū mitto aliquē romanam: q̄ roma distat a me: ille quē mitto separat a me. In diuinis h̄o q̄ deus mittēs est vbiq̄ nulla est distātia: ideo nulla separatiō: loco t̄n huius est missio a mittēte egressio siue emanatio. Similiter in his inferioribus est in missio subiectio p̄pter d̄iam mittētis ad missū: q̄ missus differt a mittēte i suba. Sed in diuinis non est subalis d̄ia. Et ideo oīa sunt equalis nobilitatis in missio et mittēte. Sic etiā in his inferioribus est in missio mutatio p̄pter distātia missi a termino. Quā h̄o in diuinis missus nulli loco abestio nō est ibi mutatio: sed aliquid effectus de nouo p̄ductio. h̄ Bon.

S̄c̄l̄ h̄o Tho. s̄. parte. q. xliij. ar. s̄. ean dē sniam p̄firmās asserit: q̄ in rōne missionis duo important: quoz vnū est habitudo missi ad euz a quo mittit. Aliud est habitudo missi ad terminū ad quem mittit: per hoc autē q̄ aliq̄s mittit ostēdit p̄cessio q̄daz missi a mittēte: vel s̄m imperiū sicut d̄is mittit seruū: vel s̄m cōsiliū: vel si p̄siliarius dicat mittere regē ad bellādū: vel s̄m originē: vt si dicatur q̄ flos mittit ab arborē. Ostēditur etiā habitudo termini ad quē mittit vt aliquo mō ibi esse incipiat: vel q̄ prius ibi oīo non erat quo mittit: vel q̄ incipit ibi aliquo mō esse quo prius nō erat. Admissio ergo diuine p̄sone puenire p̄t: s̄m q̄ importat ex vna parte p̄cessionē originis a mittente. Et s̄m q̄ importat ex alia parte nouū modū existēdi in aliq̄. Sicut filius d̄i esse missus a p̄re in mundū s̄m q̄ incipit esse in mundo visibilis p̄ carnē assumptā: et t̄n antea in mundo erat. vt d̄i Job. s̄. Nō ponit q̄ missio in diuinis q̄ fit s̄m motum locale. Quare nec ibi est separatiō: sed sola distinctio originis. Neq̄ p̄t esse minoratio cum nō sit a p̄ncipio mittēte: aut s̄m imperiū: aut s̄m p̄siliū: q̄ imperās est maior et cōsiliās sapiētior. Et vt p̄dictū est missio illa nō importat nisi p̄cessionē dignitatis: q̄ est s̄m equalitātē. ¶ S̄c̄dm dubiū fuit: vtrū missio sit q̄d creatū vel increatū? Ad q̄d ita respōdet Alex. i. s̄. sum. q. lxxij. mē. ij. q̄ missio siue dicat actiue de p̄re respectu filij: siue de p̄re et filio respectu sp̄s sancti siue dicat passiue de filio vel sp̄s sancto: est q̄d creatum et idem q̄d deus. Nam p̄cessio sp̄s sancti est ipse sp̄s sanctus p̄cedens: et sc̄rificatio sp̄s sancti est ipse sp̄s sanctus sc̄rificans. Sed missio sp̄s sancti est eius p̄cessio a p̄re et filio ad sc̄rificandum creaturam: vtrūq̄ autē est quid increatū q̄d est sp̄s sanctus: ergo missio qua sp̄s sanctus est missus est q̄d increatus. Et eadem rōne missio qua filius mittit et qua p̄r mittit. ¶ Tertū dubiū fuit vtrū missio dicat de deo ex tpe vel ab eterno. Et respōdet



## In festo pentecostes.

doctores theologi q̄ dicitur ex tpe. Verūm  
Alex. in .j. sum. q. lxxj. mē. ij. dicit q̄ i mis  
sione duo sunt. Est em̄ ibi principale si  
gnificatū qd̄ est qd̄ increatus. Et est ibi  
aliq̄d cōnotatū. s. effectus i rōnali crea  
tura qd̄ est qd̄ creatū. Nā missio est pro  
cessio alicuius p̄sone manifestata i crea  
tura: vel manifestatio p̄cessionis eter  
ne facta rōnali creature: rōne ergo con  
notari qd̄ tpale est d̄: missio tpalis. S̄  
sctūs Tho. in .j. parte vbi. s. ar. ij. dicit  
q̄ in his que importāt originem diuinis  
narum p̄sonarū est qd̄ā differētia artē  
denda. Quedā em̄ in sua significacione  
importāt solā habitudinē ad principiū  
vt p̄cessio et eritus. Quedā hō cū habi  
tudine ad principiū determināt p̄cessio  
nis terminū. Quoz qd̄ā determināt ter  
minū eternū sicut generatio et spiratio.  
Nā generatio est p̄cessio diuine p̄sone  
in natura diuina: et spiratio passiue ac  
cepta importat p̄cessionē amoris subsis  
tentis. Quedā hō cum habitudine ad  
principiū importāt terminū tpalē: sicut  
missio et datio. Aditit em̄ aliq̄d ad hoc  
vt in aliquo sit: et dat ad hoc vt habeat  
Personā aut diuinā haberi ab aliq̄ crea  
tura vel esse nouo mō existendi in ea est  
quoddā tpale. Nā missio et datio in di  
uinis dicunt tpaliter tm̄. Generatio au  
tē et spiratio solus ab eterno. Processio  
autē et eritus dicunt in diuinis eternalr  
et tpaliter. Nāz filius ab eterno p̄cessit  
vt sit deus: tpaliter autem vt sit hō fm̄  
missionē inuisibilem: vel vt sit in hōie fm̄  
missionē inuisibilem. ¶ Scda cōsideratio  
de missione sp̄scti d̄: tpalitatē. In q̄  
quo tpe missus fuit aplis p̄derare de  
bemus. Nāz q̄nquagesima die post xpi  
resurrectionē mysterium istud fuit cele  
bratū. Et hoc quidē p̄grue factū esse cō  
stat. Tum q̄ in veteri testamēto sic fue  
rat figuratū: duz q̄nquagesima die postq̄  
Aboyles eduxerat filios isrl̄ de egypto:  
descēdit deus in igne i mōte synai. Sic  
et quinquagesima die postq̄ xps trare  
rat patres de inferis: descēdit sp̄sctus  
in linguis igneis. Tum etiā q̄ in iubileo

bñficia p̄p̄la accipiebat data fuisse mol  
to copiosiora in xpm̄ credētibz a sp̄s  
tus etō noscant. Et em̄ colligit ex. xxxv.  
Leui. numero q̄nquagenario annos in  
iubileo debita remittebatur. Ita sp̄s  
scti gr̄a in aplos descēdentis penitenti  
bus pctā et debita remittunt. S̄ in il  
lo iubileo serui donabāt libertati. Ita  
nūc sp̄sctus liberat a seruitute diabo  
li in spem glorie filioz dei. Adhuc in il  
lo iubileo recuperabantur hereditate  
amisse. Sic sp̄sctus est pignus heredi  
tatis nr̄e. Venit etiā sp̄sctus in die  
dn̄ica vt esset dies renouationis q̄ fue  
rat et creatōis. Dn̄ica nāq̄ die creatus  
est mūdus. Hora adhuc qua sp̄sctus  
in aplos descēdit fuit tertia: vt p̄ et au  
toritate ecclie q̄ cantat in hymno. Dum  
hora cunctis tertia: repēte mūdus into  
nat orātibz aplis: deū venisse nōcat.  
Idipm̄ h̄r ex verbo petri Act. ij. c. S̄  
autē ista hora cōueniēs. Tū q̄ sp̄sctus  
est tertia in trinitate p̄sone. Tū q̄ p̄mi  
parentes dicuntur in hora tertia perdi  
disse gratiā: vt ponit in cōpēdio theodo  
gie li. j. Nā cōueniens fuit q̄ eadē hora  
aplis redderet. Tū etiā vt istud q̄ in  
tertio tpe gratia dei copiose in mūdus  
effusa est. Nā genus humanū sub tripli  
ci statu decurrere ponit a doctoribus.  
Primus fuit legis nature ab adā vsq̄  
ad moysen. Scds fuit legis scripturæ  
a moysē vsq̄ ad xpm̄. Tertius legis gra  
tie: a xpo vsq̄ ad cōpletum numerū ele  
ctoz. ¶ Tertia cōsideratio de missione  
sp̄scti d̄: qualitatē. Duplex est missio  
sp̄scti. Una inuisibilis q̄ mittit in mē  
tem ad significandū creaturā: et ista mis  
sio fit ad inhabitacionē creature rōnali  
lis. Alia est missio visibilis: sicut appa  
ruit sup̄ xpm̄ in colūbe specie: et sup̄ apo  
stolos in linguis igneis. Qui spiritum  
sanctū inuisibiliter habere cupit opus  
est vt se conformet aplis in q̄bus septē  
conditiones describuntur fuisse. C̄p̄  
ma conditio fuit q̄ erant aio quieti. Et  
hoc est qd̄ d̄ Act. ij. c. Dū cōplerent die  
es pentecostes. i. dies requietionis. ¶



lud em festu erat ad requie deputatus. 3o dixit deus p Esa. c. lxxv. Sup quem  
 reqescer spūs meus nisi sup humilem ⁊  
 detū. Scdo erāt apli dilectione vniti:  
 qđ notat euz d: Erāt oēs pariter. Erat  
 qđ eis cor vnū ⁊ aīa vna. Sicut enim  
 spūs hoīs nō viuificat mēbra corporis  
 nisi vnita: sic nec spūs sanctus mēbra spūa:  
 lia. Tertio erāt apli loco secreti: de hoc  
 subdit in eodē loco. i. cenaculo. Quarto  
 erāt orōne assidui: iō subdit: Erant pse  
 uerātes vnanimiter in orōne. de illis cā  
 tat ecclia. Orantibus aplis deū venisse  
 nūcat. Quinto erāt humilitate predicti  
 ex eo qđ scribit: qđ erāt sedētes. i. humi  
 les. Sexto erāt pace coniuāti: qđ erāt in  
 hierlm que interpretat visio pacis. Se:  
 ptimo erāt orēplatione erecti: p hoc qđ  
 d: qđ receperūt spūs sc̄m in supiori cēna  
 culo. Qualiter autē missio illa visibilis  
 in aplos fuerit cōpleta declarat Act. ij.  
 c. vbi d: Factus est repēte de celo son⁹  
 tanq̄ adueniētis spūs vehemētis: ⁊ re  
 pleuit totā domū vbi erāt sedētes. Nō  
 co. de ly. sedētes. i. manētes. eo mō quo  
 d: in deut. c. s. Sedistis ergo in cades  
 barne multo tpe. i. māssistis. Nā aposto  
 li tūc erāt in orōne: qđ nō fit sedēdo: sed  
 magis flectēdo genua: vel stādo. In sup  
 2o. vlti. xps dixerat eis: Sedete in ciui  
 tate. i. manete quousq; induamini xtu  
 te ex alto. Et apparuerūt illis dispartis  
 te lingue tanq̄ ignis: seditq; supra sin  
 gulos eoz: ⁊ repleti sunt oēs spūs sancto  
 Sed postet aliq̄s querere an apli an  
 te istā diē acceperāt spūs sc̄m: Et respō  
 dēt doctores qđ sic: sed nō in tāta copia.  
 Cū em fuerūt vocati ad xpi sequelam ⁊  
 aplatū receperūt spūs sanctū ad ppriaz  
 iustificatiōē ⁊ psonalē pfectionē. Quā  
 autē misit eos ad pdicādū aī suā passio  
 nem: tūc receperunt spūs sanctū ad infir  
 moy curatiōē ⁊ miraculoz operatiō  
 nem. Dedit nāq; potestātē illis curandi  
 languores: eniciendi demones: sicut pty  
 Mat. x. Sed qñ insufflauit ⁊ dixit eis:  
 Accipite spūs sc̄m: tūc receperūt eum ad  
 pccōz remissionē ⁊ sacroꝝ ministratiōz

nem. Et vt refert Aug. iij. li. de tri. Flau  
 tus ille corporeus substātia spūs sc̄i nō  
 fuit: sed demōstratio p cōgruā significa  
 tiōē: nō tm a pte: sed etiā a filio pcede  
 re spūs sanctū. Et spūs sc̄i ibi nō accipi  
 tur put est tertia in trinitate psona: sed  
 pro dono spūs sc̄i vt sit sensus. Accipite  
 spūs sanctū. i. donū spūs sc̄i put exponit  
 philippus de mōte calerio in euāgelio  
 Johannis. Ista xpo die apli receperunt  
 spūs sanctū ad habendā intelligentiam  
 scripturā: vt declarabimus in sequen  
 ti mysterio: ⁊ noticiā oīum linguarū ad  
 audaciā ⁊ fortitudinē: ad oīm meritoꝝ  
 plenitudinē: ad pdicatiōē euāgelij: ad  
 toleratiōē martyrii: ad conuersionem  
 populoz: ⁊ conuersionem miraculoz.  
 Ergo repleti sunt non solum plenitudi  
 ne sufficientie: sed etiaz plenitudine rez  
 dundantie.

Quid apostoli faciente spiritus sancto lo  
 quebant vāris linguis: ⁊ acceperunt  
 scientiā diuinarum rerū: atq; fortes fas  
 ci fuerunt vt non timerent cruciatus:  
 neq; mortem. Cap. iij.



Eritū mysteriū cōtēplandū  
 de spū sc̄o d: operatiōis. In  
 ter cetera q̄ppe stupēda que  
 in aplis est operatus sunt p  
 cipua ⁊ singularissima tria.

Prīmū fuit locutio.

Scdm illustratio.

Tertiū fortificatio.

Primum opus mirabile fuit locutio:  
 nā statim fecit illos loq̄ idiomata oīum  
 gētiū: qđ tñ ante nō didicerāt. Et ly quis  
 dam dicere voluerūt qđ apli lingua pro  
 pria loquētes intelligebant ab audien  
 tibus ac si eoz idiomata pferrēt: tñ ve  
 rior est snia illoz qđ tenēt qđ ipsi apli va  
 ria linguarū genera per spūs sanctū di  
 dicerunt. Cū ecclia de ipsis cantat: Lin  
 guis loquunt oīm turbe panēt gētiliū:  
 musto madere deputāt quos spūs reple  
 uerat. Et Act. ij. scribit: Leperunt loqui  
 vāris linguis put spūs sc̄i dabat elo  
 qui illis. Erant autē in hierlm habitan  
 tes indei viri religiosi. i. in cultu diuino



## In festo pentecostes.

deuoti s<sup>m</sup> Nico. de ly. ex oī natiōe que  
 sub celo est: q̄ cōuenerāt in hierlīm rōne  
 festi. Nāz iudei captiuati p salmanasar  
 regē assyrioz nō redierūt in iudeā. Si  
 militer captiuati p regē chaldeoz non  
 redierūt oēs q̄uis haberēt licentiā re-  
 deūdi: sed remāserūt multi amore filioz  
 quos genuerāt ibi: et possessionuz quas  
 acq̄uiserāt. Multi adhuc captiuati per  
 Antiochū regē grecoz et diuersis gētib<sup>9</sup>  
 vēditi remāserūt. Verūm aliq̄ eoz ma-  
 gis deuoti ppter reuerentiā tēpli aliq̄  
 in hierusalem maxime in soleū itatib<sup>9</sup>  
 magnis: quarū vna erat solēntas pen-  
 tecostes: cōueniebant. Et dī pentecostes  
 a penta qd̄ est quinq;: et coste qd̄ est des-  
 ces. Quinquagesima nāq; die a pascha  
 celeberrima erat apud iudeos in memo-  
 riā beneficij legis date: que fuit data in  
 monte synai quinquagesimā die vt sus-  
 perius tactū est postq̄ filij israel egressi  
 sunt de egypto. Facta igit̄ hac voce. s.  
 spūs vehemētis vel vēti vel tonitruū: q̄  
 ab alijs audita fuit: vel aploz et aliozuz  
 cū eis existentū deū voce magna laudā-  
 tium qui pilus timore ducti non aude-  
 bant loqui: conuenit multitudo et men-  
 te cōfusa est. i. s. p̄fecta: qm̄ audiebat  
 vnusquisq; lingua sua illos loquentes  
 dicebant autē cū admiratione: Nōne (ec-  
 ce oēs isti qui loquunt̄) galilei sunt? Et  
 quō nos audiimus vnusq; linguaz  
 nostram in qua nati sumus? Parthi: et  
 medi: et elamite: et qui habitant melopo-  
 tamiam: iudeam: et capadociam: pontū  
 et asiam: phrigiā: et pampphilā: egyptuz:  
 et partes libye que est circa cirenē: et ad-  
 uene romani. Et dicunt hic romani ad-  
 uene potius q̄ aliq̄: tū q; a remotiorib<sup>9</sup>  
 partibus venerūt: tum q; mare transie-  
 rant. Iudei quoq; et p̄seliti. i. cōuersi de  
 gentilitate ad iudaismū. Eretes et ara-  
 bes: audiimus eos loquentes nostris  
 linguis magnalia dei. Alij autē irriden-  
 tes dicebant: q; multo pleni sunt: p̄ qui-  
 bus cantat ecclesia. Abusto madere de-  
 putant quos spūs repleuerat. Tñ petr<sup>9</sup>  
 veritatē rei per scripturas declarauit.

Et illa die apposite sunt. i. baptisate et  
 ad numerū fidelū congregate aie circi-  
 ter tria milia. ¶ Scdm̄ opus mirabile  
 qd̄ spūs sanctus in aplis fuit operatus: ob-  
 lustratio dī: Nā intellectū eoz illumina-  
 uit vt de diuinis q̄ ad salutē sunt necel-  
 saria nihil penitus ignorarēt. Hoc pro-  
 miserat eis xps cū dixit Job. xiiij. Para-  
 detus autē spūs sanctus que mittet p̄. Ino-  
 mine meo ille vos docebit oia et sugges-  
 ret vobis oia quecūq; dixerō vobis. Et  
 xvj. c. Cū venerit ille spūs veritatis do-  
 cebit vos oēm veritatē. et Luc. xxij. Ego  
 dabo vobis os et sapientiā cui nō poter-  
 runt resistere et contradicere oēs aduer-  
 sarij vestri. Res est p̄fecto stupenda q̄  
 tā celeriter absq; doctore spūs sancti for-  
 la presentia noticiam apli plenissimam  
 acceperunt de oibus que a moysē et pro-  
 phetis fuerant cōscripta. Vnde Hiero-  
 ad Paulinum ait: Pharisei stupent in  
 doctrina dñi: et mirant̄ in petro et iohā-  
 ne quō legem sciant cū lias non didice-  
 runt. Qui quid enim alijs eruditio et  
 quotidiana i lege dñi meditatio tribue-  
 re solet illis spūs sanctus suggererat: et  
 erant iuxta qd̄ scriptū est docibiles deo.  
 Quinimmo de secretis diuinis magis  
 fuerunt illuminati q̄ prophete veteris  
 testamenti: et in maiori plenitudine gra-  
 tiam spiritus sancti receperunt atq; do-  
 num prophetiā excellētius habuerūt.  
 Qd̄ autē apostoli prophetie munere fue-  
 runt p̄diti p̄ Act. ij. c. v. c. vi. c. xj. c. xij.  
 c. x. c. xvij. c. Zāra autē fuit in illis vis do-  
 ctrine q̄ in oēs gentes et nationes mū-  
 di p̄ eos lux veritatis effulsit. ¶ Tertū  
 opus mirabile qd̄ spūs sanctus operatus  
 est in aplis dicitur fortificatio: q; corda  
 eoz adeo fortificauit: vt nullo timore  
 nullo terrore: nullaq; comminatione a  
 christi predicatiōe retardarentur. Ideo  
 in sermone qui legitur in officio aposto-  
 loz Grego. ait: Scriptū est: spūs dñi or-  
 nauit celos: ornamenta em̄ celoz sunt  
 virtutes predicantiū. Que videly orna-  
 menta paulus enumerat dicens: Alij q̄  
 dem p̄ spiritum dāt sermo sapiētie. Alij



sermo scite fm eūdem spiritū. Alij fides in eodē spū. Alij gratia sanitarū in vno spū. Et infra. Quot sunt bona pdicātū tot sunt ornamenta celoz. Dinc rursus scriptum est ps. xxxij. Verbo dñi celi firmati sunt: et spū oris eius oīs virtus eorum. Verbum em̄ dñi filius est patris. Sed eodē celos videly sc̄dōs aplos vt tota simul trinitas ostēdat opata repēte de sc̄lispūs diuinitate adiūgūt. Et spiritu oris eius oīs virtus eoz. Celorum igit virtus de spū sumpra est: q̄ mūdi huius potestantibus strairē nō presume rēt: nisi eos sc̄lispūs fortitudo solidas sit. Quales nanc̄ doctozes sc̄tē ecclesie ante aduentum huius spūs fuerint sc̄imus: et post aduentū illius cuius fortitudinis facti sunt cōspicimus. Lerte ipse pastor ecclesie petrus quāte debilitatis quāteq̄ formidinis ante aduentū huius spūs fuerit: an illa ostiaria requisita dicat. Ema em̄ mulieris voce percussus: dū mori timuit: vitā negauit. Et tūc petrus negauit in terra: cū latro confitebat in cruce. Sed vir iste tāte formidinis qualis post aduentū spūs erit audiam? Sit conuētus magistratū atq̄ senioꝝ ecclesie denūciat aplis ne in noie iesu loq̄ debeant. Petrus magna auroitate respōdit. Obedire opz deo magis q̄ hominibus. Et rursus si in p̄spectu dñi iustus est vos potius audire q̄ deū: indicare. Tibes beatus andreas p̄secutoribus suis respōdit: Tāto em̄ ero regi meo accēptior: quanto p̄ eius noie fuero permansens in tormentis constātor: nō enim possumus q̄ audiuimus et vidimus nō loqui. Et illi quidē ibant gaudentes a conspectu cōcilij qm̄ digni habiti sunt pro noie iesu contumeliā pati. hec ille. Securus et gaudens ad crucem prope rauit petrus: ita et frater eius andreas: q̄ spiritus sanctus erat in eis. Sic et apostoli ceteri mortem violentā letāter tulerunt: q̄ spūs sanctus oēm ab eis timorem eiecerat. Nec tm̄ aplis hec fortitudo supernaturaliter tributa est: quin immo et sc̄tis: vt sic dicay innumeris cō

fessionibus: virginibus: et martyribus. Quis nā fecit tēporaliū bonoz cōtēptores eos q̄ xpm̄ nudum nudi secuti sunt nisi spiritus sanctus. Quis habitare fecit in solitudine in spelūcis amicos dei vigilantes: orantes: et carnē durissimis ieiunijs: disciplinis: et verberibus affligentes: nisi spūs sanctus. Quis deniq̄ fecit martyres aīo intrepido tot illata tormēta et exq̄tissima cruciatū genera perpereti nisi spūs sanctus. Ubi admirari plurimuz simul et in fide cōsolidari debemus dū supradicta oīa in serū fragili mulierū inuenire cōspicimus. Obe stupēda virtus spūs sc̄tī: q̄ tot hoīes supra hoīes eleuauit. O grā dei electis copiosissime dispēsata: q̄ terrenos hoīes celestes effecit. O fons indeficiēs bonitatis dei: ad quē cūcti mortales cōfugere securi debēt: qm̄ vt inquit Lyprianus in epla ad donatum. Profluēs largiter spūs nullis finibus premittit: nec vllis cōercentibus claustris intra certa metarū spacia refrenat. Adnat iugiter: exuberat affluenter: nostrum tm̄ pectus fitiat et pateat. Quantuz illic fidei capacis afferimus tantū inde gratie mundātis haurimus. hec ille. Supplici corde igit postulemus: vt p̄sissimus deus spiritus sancto suo repleat corda nostra qui sit benedictus in secula seculoz. Amen.

**I**n festo sanctissime trinitatis sermone. lxxvj. de vnitāte diuine essentie et trinitate personarum quere. j. in tract. de uinorum iudiciorum. sermo. xvij. De cognitione dei.

**I**n solēnitāte sanctissime eucharistie seu sacratissimi corporis chusti. sermo. lxxvij. de eodē sacramento. quere. s. sabato post dominicā in passione. et feria. ij. iij. et. iij. post dominicā in palmis. vbi habes multa et plura de hac materia.

**E**t in his explicitus est opus quadragesimale Roberti de Lizio.